BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

+

Reuerende in Chro Pr

Pax Xi

Quas V. me Nouembri mense dedisti, ex abeunte Februario meas ad manus peruenerunt, multis nominibus mihi totiq Prouinciae ñrae, ac multo maxime Rdo P. N. Prouinciali P. Oliuerio Manarreo qui tum per id tempus praesens hic aderat, atq etiamnum hodie est gratissimas. Vtinam Care Pr re potius quam uerbis, ac coram nec per lras contestatum facere possemus R.Vae quantum nos exhilararit quantoq nos et gaudio et beneficio affecerit tum lris illis suis quas certe non merebamur, tum Concordia sua quadam alias ad R.V.am com perscripsi, tametsi multo et moderatius et parcius quam apud alios assueuis qui dicere soleo in illa omnia non secus atq in Cythara cohaerere pulchreq et secum et cum Veritate congruere Vt iure optimo Concordiae nomen illi indideris: quippequod in illa tanquam in consono choro concordent ac conspirent oia. Sit Deus benedictus qui te nobis communi uinculo associauit et in quem ceu ois boni fontem ois gloria refunditur. Quod porro ad lras istas uras tardius iam respodeo causa praecipua fuit quod Commentarios uros in primam S. Thomae partem indies ex nundinis Francofordianis auidiss.e hactenus expectarim, quos ante euoluere quam quicquam ad lras Vras respodere decreueram. Iam uero quoniam de repente optima se dedit per fratres nros isthuc in Hispaniam iter habentes scribendi commoditas, nolui diutius differre responsum: praesertim cum nihil nobis possit perque accidere iucundum atq dare ad uos et a uobis uicissim accipere lras. Praeter primam Concordiae Vrae editionem factam Olyssipone et Appendicem in Vrae concordiae defensionem nihil hactenus Vrorum operum est huc in Belgium (qd sciam) importatum. Ingenti uero cum Animi mei laetitia ac uoluptate Appendicem illam uidi, et à capite ad calcem usq iterum iterumq perlegi, et perquam accurate exscribi feci: Nec satis scio quid causae fuerit cur minus Concordia Vra cum sua Appendice hic typis excusa fuerit, quemadmodum initio fuerat decretum. Mox atq Commentarios Vros in p.am S. Thomae partem nactus fuero, quos iam extare nihil addubito, et undiq diligenter pro nra Bibliotheca conquiro, alias lras adornabo quibus syncere et candide apiam quodnam sit nrum ac nostratium de illis iudicium: quae res prodesse uobis multum, obesse uero nihil potest quando Vra multis alys mirifice probari audieritis. Rdo P. Leonardo Lessio qui Louany iampridem Theologiam profitetur et à quo Appendicem Vram accepi longe gratissima fuit R.Vae per lras salutatio, uti quoq accidit Reuerediss.o Middelburgensi Episcopo ad quos summam uri epistoly transmisi ys sus aurum et Topazium pretiosam. Quamobrem et ipsi quoq perquam amanter fausta oia precatur R.Vae quam ut DEVS diu suae Ecclesiae incolumem conseruet, ac Societati strennuum Doctorem, quemadmodum in optatis habemus, ita quoq et precationibus nris apud Communem Dnum impetrare studemus. Perrumpedae sunt difficultates quae in aedifu gloriosi operis haud aliter atq in ipsis Auerni faucibus nunquam non sese obyciunt. Certissime noris mi Pr quod si isthic uel alibi forte seueros aliquos habes Aristarchos, hic et passim alibi habes defensores qui uti te absentem obseruant ac suspiciunt ita quoq apud eos qui nodum in scirpo querunt ab oi calumnia uindicant. Hoc de me affirmare possum quod cum Professor quidam Regius nonnulla ex tua concordia publice hic reprehendisset (tanqz à sntia Aug. discrepatia et arroganter dicta,) idq ad me perlatum esset, ilico ego accepta commoda occasione scripto responderim, ac propalam Auditoribus meis excipienda dictauerim, atq in haec uerba dictatis meis intexuerim. Quod ad Molinam attinet nihil necesse habeo respondere, quippequem tum spectata illa eius eruditio et modestia scriptis eius luculenter testata, tum Operis eius per sacram Inquisitionem Lusitanicam et Regium Senatum Castellae et Aragoniae approbatio ab omni calumnia liberant. Hoc illud unum adiecero nullibi eum (quantum ego sciam) asserere, sententiam suam, imo nram de gratia uel Praedestinatione à sententia B. Augustini discrepare: Quinimo his ipsis in locis ubi eius doctrina ualde mirabilis uisa est D.R. hoc est pagina 491 cum dixisset non dubitare se quin haec eius ratio conciliandi libertatem cum gratia et Praedest.e ab Augustino et caeteris Patribus unanimi consensu approbata fuisset, mox adiecit

multa

Hoc quoq[ue] fuerat reprehens.

multa quoq[ue] Augustinum varijs in locis, in hanc sententiam docuisse. Sed nec item illud repre-
hensioni videtur obnoxium quod pagina 489 idem Auctor ait non exorituram forte fuisse Pelagianam
hæresim, si hæc ratio ista conciliandi data explanataq[ue] semp[er] fuisset. Neq[ue] enim ambigere
quis potest quin Ecclesia magis magisq[ue] indies tanquam Aurora consurgens proficiat in sapientia
quin item multa à B. Thoma, Bonaventura cæterisq[ue] Doctoribus solerter inventa, sapienterq[ue]
excogitata sint, quæ si B. Augustino reliquisq[ue] Patribus proposita fuissent, mirifice et
probassent & prædicassent. Non quod Pigmei plus omnino possint quam Gigantes sed quod
insidentes Gigantum humeris plura subinde acutiusq[ue] conspiciantur. etc. / Ex quibus non
erit operosum R. V. intelligere et quorsum quaq[ue] ex occasione illa dixerim, et quam miris occultisq[ue] modis
Deus nos regat atq[ue] gubernet ut dum istic causam n[ost]ram fortiter agis nescius fortasse n[ost]rar[um] quæ
tum erant, sed nunc dei benignitate consopita sunt, litium, tu quoq[ue] hic absens a nobis vicissim
defenderis. Taceo quæ scripsi ad R. P. N. Generalem & quosdam Pr[at]res in Italia degentes.
Sed ex l[itte]ris ijsdem v[est]ris singularem Dei notavi providentiam, qua factum est ut tam cito et
tam opportune typis fuerint mandata quæ sup[er] eadem ista materia in primam partem conceperas.
Fit enim non raro ut concepti præfocentur nec ad partum usq[ue] feliciter perveniant.

Hæc habui R.de P.r et animo dilecte meo quæ ad iucundissimam v[est]ram epistolam respondere
in præsentia possem. Ut primum quod ardentibus votis optamus ad n[ost]ras manus pervenerint V[est]ri
illi in p[rim]am B. Thomæ partem Commentarij paulo diffusius agemus. Interim Sacrificijs et
precationibus R. V. me impense commendo, offerens illi operam meam & n[ost]ror[um] hic agentium operam
ut siquam re hic vobis gratificari possimus, liberrime utatur. Erit n[am]q[ue] nobis gratissimum quacunq[ue] in re
R. V. tam bene de nobis, totaq[ue] Ecclesia ac societate meritis gratificari. Vale in Chr[ist]o Jesu
ad quem anhelat peregrinatio n[ost]ra. Duaci

R. V. servus in Chr[ist]o
Joannes Deckerus.